Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Fodinæ Gratiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

in vulneribus Chriſti reperient effugium & robur: & Chriſtus pro eis reſpondendo dicet: Verum eſt eos peccaſſe; ſed in oppoſitum etiam eſt, quod, quia ſuperauerunt in his vulneribus, & quia pro ſuis delictis meam obtulerunt Paſſionem, ſeſeque regali Sanguinis mei purpurâ veſtiuerunt; digni facti ſint, qui in cœleſtem introirent Gloriam. *S. Bonav.*

3. Sanctam Mechtildem, in viſu captam in Judicium, accuſârunt Angeli ſancti, & creaturæ omnes: Seraphini ob teporem in amando; Cherubini ob exilitatem ſciendi; Throni incuſabant defectum pacis: Apoſtoli exiguam doctrinæ ſuæ per totum Mundum promulgatæ curam: Martyres in fortitudine puſillam magnanimitatem: Beata Virgo in fidelitate erga Filium ſuum integritatem: creaturæ omnes in viſu ſui abuſum. Inter hæc Chriſtus Dominus ad Mechtildem conuerſus iuſſit eam eſſe bono animo, & intentata crimina diluit. Ex quo illa animoſior facta talem ac tantum Aduocatum in brachia ſumpſit, offerens eius vulnera, & indè manantem Sanguinem cum meritis Paſſionis pro ſuis defectibus, & quidem humilitatem pro ſua ſuperbia, charitatem pro ſua tepiditate. Hac itaque oblatione ſatisfecit Judici, & Judicii pœnas declinauit. *S. Mechtil. lib. 2. c. 22.*

Consideratio XXIV.

VULNERA JESU.

Fodinæ Gratiæ.

1. ERat Diuinitas Chriſti fodina gratiarum abundantiſſima; ſed incognita. *Theſaurus inuiſus*, aut non comparens, *quæ utilitas in illo?* Comparet tandem Humanitas Saluatoris, manifeſtat ſe, aperitque ſacras fodinas vulnerum, (fodinas inexhauſtas: cuncti ex illis effodiunt, & cuncti plenas ſemper reperiunt) *& de plenitudine eius nos omnes accepimus*. *Eccleſ. 20.* *Ioan. 1.*

2. Artem in his fodinis laborandi, modumque effodiendi nos docet S. Hieronymus, *proiiciendo terram*, *S. Hieron.*

hoc eſt, renunciando, omnibus terrenis affectib
ſi non putatur inutilis labor, qui in terrenas
nas impenditur, quàmuis indè nihil præter terr
tur: quanto potiori iure noſtros ſudores ſib
bunt hæ fodinæ ſpirituales, ex quibus pro ter
Gloria, Deus ipſe Bonum increatum & infini
niuntur?

3. Neceſſe eſt nos, inſtruente Apoſtolo, in
1. Cor. 3. ſtra ædificare *aurum, argentum, lapides preti*
S. Thom. plum, quod exſtruximus, ſit dignum Spon
Porrò aurum illud charitatis, & argentum
nec non lapides pretioſi virtutum reperiuntu
nis vulnerum Chriſti. Theſaurizate vobis
ex fodinis vulnerum Chriſti, qui vult arg
pientiæ pro virga directiua virtutum, ibi
Pſal. 11. mundum, nullis terrenis rebus permixtum,
ictu probatum: *probatum terræ, purgatum*
ibi copioſiſſimæ & inamiſſibiles inueniuntur
gloria & vita. O fodinæ Mundi auaræ, &
tiæ, quæ vanam apportant gloriam, vitamque
& laborioſam. Ecce hîc fodinas Diuinas, è
ræ eruuntur Diuitiæ, quæ cœleſtem Gloriam,
vitam conferunt.

CONSIDERATIO XXV.

VULNERA CHRIST

Menſura veri Gaudii.

1 Petr. 4. 1. MEnſura gaudii in vita ſpirituali capi deb
Tertull. municatione & participatione vulnerum
Cõmunicantes Chriſti paſſionibus, gaudete, inq
quod Tertullianus his verbis expendit: *ſecun*
communicatis, quaſi dicat, tantùm gaudete,
participatis de cruce & vulneribus Chriſti, neq
menſuram gaudii ſupra menſuram paſſionum.
2. Menſura paſſionum commenſurari debet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN